

Vel restrictè primò per

2. *Conservationem*, i. e. per rei præexistentis, sed seipsâ statim evanescentis, restitutionem ad esse posterius.

Vel *deinceps* per *Productionem*, ex præexistente transmutato, dum formæ posterioris privatio, quæ cum formâ priore materiam præexistentem occupârat, per ipsam formam posteriorem actualiter introductam, priori formâ vicissim cessante, compensatur, h. e. dum partes, quæ prius hoc modo dispositæ fuerunt inter se, nunc modo quodam ab illo planè diverso disponuntur. Id quod fit

vel sine mentis humanæ cooperatione,

3. per *Generationem* posterioris, priori corrupto, diciturque **CORPUS NATURALE** καὶ ἐξοχὴν, quod quasi *natum* potius quàm *factum* est:

vel cum mentis humanæ pariter & motricium virium cooperatione formam ipsam attingente

4. per *Factiorem* vel *Effectiorem*, diciturque **CORPUS FACTITIUM**, *Artefactum*, *Artificium*, *Opus*.

Productum proinde Corpus (quod potissimum in sublunaribus spectatur) est

vel *naturale* s. genitum, ut sunt

1. *non viva*, simpliciter dicta Corpora

1. METEORA.
2. MINERALIA.

2. *vitalia*

3. VEGETABILIA.
4. ANIMALIA.

vel *artefactum*, & sunt

3. *Crasiora*, dicuntur **OPIFICIA**, suntque

1. *Preparata* opificia, calx, gluten, gypsum, cæmenta &c.
2. *Elaborata* opificia, Muri, aggeres, scamna, calcei &c.

4. *Subtiliora* dicuntur **ARTIFICIA**,

3. *Preparata* Artificia, pyrobolica, chymica.

4. *Elaborata* Artificia, aurifabrorum, & imprimis Automata.

§. 7. *Statutum* dicitur Corpus, cujus partes extra partes cum hominum consensu certum modum mentalem subeunt, & secundum Divini

vini